do eius qua pugnauit contra amasiam
regem iuda nōne hec scripta sunt ī libro
sermonū dierū regū israel? Dormiuit-
q̄ꝫ ioas cum patribus suis ⁊ sepultus ē
in samaria cum regibus israel. ⁊ regna-
uit hieroboā filius ei⁹ pro eo. Uixit au-
tem amasias filius ioas rex iuda postq̄ꝫ
mortuus est ioas filius ioachā regis is-
rael. viginti quinq̄ꝫ annis. Reliqua au-
tem sermonū amasie: nonne scripta sūt
in libro sermonū dierū regū iuda? Fa-
ctaq̄ꝫ est contra eū coniuratio in hieru-
salem. at ille fugit in lachis. Miserunt-
q̄ꝫ post eum lachis ⁊ interfecerunt eum
ibi: ⁊ asportauerunt in equis: sepultus-
q̄ꝫ est in hierusalem cum patribus suis
in ciuitate dauid. Tulit autem vniuer-
sus populus iude azariam annos natū
sedecim ⁊ constituerunt eum regē pro
patre eius amasia. Ipse edificauit ahi-
lam. ⁊ restituit eam iude postq̄ꝫ dormi-
uit rex cum patribus suis. Anno quin-
todecimo amasie filij ioas regis iuda re-
gnauit hieroboam filius ioas regis is-
rael in samaria quadraginta ⁊ vno an-
no. ⁊ fecit quod malū est coram domino.
Non recessit ab omnibus peccatis hie-
roboam filij nabath qui peccare fecit is-
rael. Ipse restituit terminos israel ab in-
troitu emath vsq̄ꝫ ad mare solitudinis:
iuxta sermonē dn̄i dei israel quē locutus
ē p̄ seruū suū ionā filiū amathi ꝓphetā:
qui erat de geth que ē ī opher. Uidit. n.
dn̄s afflictionē israel amarā nimis. ⁊ q̄
cōsumpti essent vsq̄ꝫ ad clausos carceris
⁊ extremos: ⁊ nō esset qui auxiliaret̄ isra-
el. Nec locut⁹ est dn̄s vt deleret nomen
israel de sub celo: sed saluauit eos ī ma-
nu hieroboā filij ioas. Reliqua autē ser-
monū hieroboā ⁊ vniuersa que fecit. ⁊
fortitudo eius qua preliatus est. ⁊ quo-
modo restituit damascū ⁊ emath iude
in israel: nōne hec scripta sunt in libro s-
monum dierum regum israel? Dormi-
uitq̄ꝫ hieroboam cum patribus suis re-
gibus israel: ⁊ regnauit zacharias filius
eius pro eo.

## XV.

Anno vicesimoseptimo hiero-
boam regis israel regnauit aza-
rias filius amasie regis iuda.
Sedecim annorum erat cū regnare ce-
pisset. ⁊ quinquaginta duobus annis re-
gnauit in hierusalem. Nomen matris
eius iecelia de hierusalē. Fecitq̄ꝫ qđ erat
placitū coram domino. iuxta omīa que
fecit amasias pater eius: verūtamen ex-
celsa non est demolitus. Adhuc popul⁹
sacrificabat ⁊ adolebat incensum in ex-
celsis. Percussit autem domin⁹ regem
⁊ fuit leprosus vsq̄ꝫ in diem mortis sue
⁊ habitabat ī domo libera seorsū. Ioa-
than vero filius regis gubernabat pala-
tium: ⁊ iudicabat populum terre. Reli-
qua autem sermonū azarie ⁊ vniuersa
que fecit: nōne hec scripta sunt in libro
verborum dierum regum iuda? Et dor-
miuit azarias cum patribus suis sepe-
lieruntq̄ꝫ eum cum maioribus suis in ci-
uitate dauid. ⁊ regnauit ioathan filius
eius pro eo. Anno tricesimooctauo aza-
rie regis iude regnauit zacharias filius
hieroboā sup̄ israel in samaria sex men-
sibus. ⁊ fecit quod malū est corā dn̄o si-
cut fecerant patres eius. Non recessit a
peccatis hieroboā filij nabath: qui pec-
care fecit israel. Coniurauit autem con-
tra eum sellum filius iabes percussitq̄ꝫ
eum palam ⁊ interfecit: regnauitq̄ꝫ pro
eo. Reliqua autem verborum zacharie
nōne hec scripta sunt in libro s̄monum
dierū regū israel? Iste est sermo domi-
ni quem locutus est ad iehu dicens. Fi-
lij tui vsq̄ꝫ ad quartam generationem.
sedebunt de te super thronum israel. Fa-
ctumq̄ꝫ est ita. Sellum filius iabes re-
gnauit tricesimonono anno azarie regis
iude. Regnauit autem vno mense in sa-
maria. Et ascendit manahē filius gad-
di de thersa. venitq̄ꝫ samariā. ⁊ percussit

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0342
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG